Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



AMOS

mululatu in die uelli. et in turbine
die procellarum erit. et erit sicut
per ignem consumptus. Hæc dicit dominus
super tribus sceleribus moab et super quatuor.
non auertam eum. eo quod incenderit os
sa regis idumee usque ad cineres.
Et mittam ignem in moab. et devo
rabit edes carioth. et morietur in so
nitu moab in clangore tubæ et disper
dam iudicem de medio eius. et omnes
principes eius interficiam cum eo di
cit dominus. Hæc dicit dominus. super
tribus sceleribus iuda et super quatuor. non
auertam eum. eo quod abiecerint legem domi
ni. et mandata eius non custodierint. Dece
perunt enim eos idola sua. post quæ
abierunt patres eorum. Et mittam ignem
in iudam. et devorabit edes hierusalem. Hæc
dicit dominus. super tribus sceleribus is
rahel et super quatuor. non auertam eum. p
eo quod incenderit iustum. et pauperem
pro calceamentis. qui conterunt super pul
verem terræ capita pauperum. et viam lu
mulum declinant. et filius ac pater eius
eunt ad puellam. ut polluant nomen
sanctum meum. et super vestimentis pig
noratis accubuerunt iuxta omne
altare. et vinum damnatorum bibebant
in domo dei sui. Ego autem exterminaui
amorreum a facie eorum. cuius alti
tudo cedrorum altitudo eius. et fortis
erat qui quercus. et eruui fructum eius
de super. et radices eius subter. Ego sum
qui ascendere uos feci de terra egypti. et e
duxi uos in deserto. xl. annis. ut pos
sederetis terram amorrei. et suscitaui de
filiis uestris in prophetas. et de iuuenib
uestris nazaræos. Numquid non ita est
filii israhel dicit dominus. Et po
nebatis nazaræis uinum. et prophetis
mandabatis dicentes. ne prophetetis.
Ecce ego stridam super uos sicut stridet
plaustrum iumentum fenoi plenum
sua angustia. et fortis non obtinebit fo
rtitudinem suam. et robustus non saluabit
animam suam. et tendens arcum non
stabit. et uelox pedibus suis non sal
uabitur. et ascensor equi non saluabit
animam suam. et robustus corde inter fo
rtes nudus fugiet in die illa. dicit do
minus.

Audite uerbum quod locutus est dominus super uos filii israhel super om
nem cognationem quam eduxit de terra
egypti dicens. Tantummodo uos cog
noui de omnibus cognationibus terræ. Ide
ireo uisitabo super uos omnes in
iquitates uestras. Numquid ambula
bunt pariter duo nisi ceperint. Numquid rugiet leo in saltu. nonne la
bitur prædam. Numquid dabit catu
lus leonis uocem de cubile suo. nonne
aliquid apprehendit. Numquid cadet
auis in laqueum terræ absque aucupe.
Numquid auferetur laqueus de terra. an
quam quid cepit. Si clanget tuba in
ciuitate. et populus non expauescet. Si
erit malum in ciuitate quod dominus
non fecerit. Quia non faciet dus
dominus uerbum nisi reuelauerit secretum
suum ad seruos suos prophetas. Rugi
et leo quis non timebit. Dominus
deus locutus est. quis non prophe
tabit. Audite hæc in domibus azoti.
et in domibus terræ egypti. et dicite. Cons
gregamini super montes samarie. et
uidete in sanitates multas in medio
eius. et calumpniam patientes in
penetrabilibus eius. et nescierit fac
ere rectum dicit dominus. Thesaurizan
tes iniquitatem. et rapinam in domibus
suis. Propterea hæc dicit dominus deus.
Tribulabitur et circumibit terra. et detrahe